



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 23. Quædam Facultatis Parisinæ Decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. prehensus Featlæus denuo respondit, A. C. 1624. tu interea mihi nomines Sanctum Patrem, vel Scriptorem, qui primis quinque sæculis articulos in Tridentino definitos professus esset: instabat rursus Fischerus, ut Featlæus primæ quæstioni satisfaceret, qui tandem Christum, Apostolos, Justinum, Clementem, & Cyprianum nominabat, ex nullius tamen ejusmodi Sancti vel Doctoris verbis aut scriptis probare poterat v. g. Papam esse Antichristum, non esse visibile Caput Ecclesiæ, Christi mandata esse impossibilia &c. Cum ergo Featlæus ad Fischeri quæstiones respondere non posset, & Fischerus ad Featlæi dubia respondere nollet, disputatio finem habuit, Catholicis in veritatis possessione firmatis, Sectariis vero in sua pervicacia immortalis.

§. XXIII.

Quædam Facultatis Parisinæ decreta.

*Argentre
tom. 2.
Conclus.
pag. 144.*

Hoc item anno Theologica Facultas Parisiensis ad conservandam doctrinæ Catholicæ puritatem, necnon ad Sorbonæ utilitatem quædam condidit decreta, & quidem die secunda Januarii Bessæus Facultatis Syndicus denuntiabat, quod Joannes Petitus Parisiensis Astronomus judiciariam Astrologiam

logiam in publicis urbis compitis tra-
 deret; simul etiam Facultatem mone-
 bat, nuperrime libellum prodiisse, cu-
 jus Author se *Regis* Missionarium, per-
 inde ac si Rex Ecclesiæ Caput esset, pro-
 fiteretur: cum ergo hoc ad hæresin An-
 glicanam accedere videretur; hinc pro-
 hibuit Facultas, ne quis deinceps no-
 men Missionarii *Regii* usurparet: Postea
 statuit Facultas, ut ex Regii Sena-
 tus mandato in posterum duntaxat qua-
 tuor ex Ordine S. Francisci ad primos
 Doctoratus honores admitterentur:
 Die autem prima Junii propositum, quod
 quidam Sorbonæ Doctores a Rege li-
 teras impetrarint, vi quarum libros
 examinandi atque approbandi licentia
 ipsis solis esset reservata; cum autem
 hac ratione ex summorum Pontificum
 Regumque beneficentia libros recogno-
 scendi & comprobandi jus singulis Ma-
 gistris competeret, hinc Facultas cen-
 suit, Regi supplicandum, ut anti-
 qua Facultatis jura circa librorum ap-
 probationem facta servare, nec ejus-
 modi literas ad Senatus acta referri
 permittere vellet. Sub idem tempus
 Sedis Apostolicæ Nuntius Facultatem
 interpellabat, ne quemdam libellum
 a quodam Benedictino Anglo de æqui-
 vocationibus conscriptum, & a duobus
 Sorbonæ Doctoribus approbatum in
 E 2 lucem

Sæc. XVII.

A. C. 1624.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVII. lucem emitti permetteret: Suffragan-
A. C. 1624. bantur etiam Nuntio alii duo Theologi
 Sorbonici, qui tamen a Facultate ra-
 tiones, ob quas hunc librum tanquam
 perniciosum damnassent, proferre jussi,
 declararunt, quod librum non perle-
 gerint, sed ex aliorum sententia locuti
 fuerint, in eo tamen de Scotis quibus-
 dam aliqua acta potius admiranda
 quam imitanda deprehenderint: Sin-
 gulis igitur ad examen vocatis Facul-
 tas die prima Augusti censuit, validam
 esse approbationem illorum Doctorum,
 qui in præfato libro nihil fidei Catho-
 licæ, bonisque moribus adversum con-
 tineri censuerant. Cum autem in æsta
 disputationis Joannes Bennet Ord. FF.
 Prædicatorum afferuisset, fidem Divi-
 nam seu habitum fidei esse in hæreti-
 cis, & Sacerdotem degradatum non
 posse conficere sacra Sacramenta &c.
 Facultas die secunda Septembris præ-
 cepit, ut has propositiones revocaret.

§ XXIV.

*Antiperipatetici, Chymici &c. a Fa-
 cultate damnati.*

*Argentre
 Coll. jud.
 tom. 1. part.
 135. tom. 2.
 pag. 146.*

Nonnunquam cæca reverentia erga
 antiquitatem in servilem degene-
 rat superstitionem, qua ingenii vasti-
 tas artus constricta cancellis a perverti-
 gandis